UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cl. Viri Valerii Andreæ Desselii In Academia Lovaniensi Professoris Regii Erotemata Juris Canonici

Andreas, Valerius

Coloniae, 1697

XLI. De Missarum celebratione, & Sacramento Eucharistiæ & divinis officiis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62934

Visual Library

De Miſſarum celebratione, & Sacramento Euchariſtiæ, & divinis officiis.

TIT. XLI.

Res Eccleſiaſticæ, Clericorum, Regularium & Laicorum communes, ſunt Sacramenta Eccleſiæ, inter quæ primum locum obtinet Sacramentum Euchariſtiæ. quod in celebratione Miſſarum conficitur.

Miſſa quid nominis, & quid rei?

MIſſa à mittendo ſive dimittendo
nomen habet, quod & verba, quæ
Diaconus proferre ſolebat, inſinuare vi-
Iſid. 6. O- deatur, ſive in Miſſa Catechumenorum
rig. c. 39. (duas enim conſtituunt partes Miſſæ)
qui ante inchoationem ſacrificii è cœ-
tu fidelium olim his verbis dimitteban-
tur. *Si quis non communicat, det locum,* vel
Si quis eſt catechumenus, exeat foras, ſive
in Miſſa Fidelium, quâ finitâ idem Dia-
conus dicit, *Ite Miſſa eſt*, id eſt miſſio
Boet. Ep. eſt. Neque eſt, quod quis dixerit, eſſe fi-
Antiq. ctum hoc nomen, cùm à primis Eccle-
ſiæ Catholicæ incunabilis, atq; ab ip-
ſis

ſis Apoſtolorum temporibus, uſurpatum fuiſſe legamus.

Eccleſ. ad Greg. XIII. Syntag. 1.

Quid Euchariſtia?

Euchariſtia (Latinè *Bona gratia*) eſt Sacramentum, ſub ſpeciebus panis & vini, vel alterius eorum, continens verum corpus & ſanguinem Chriſti.

Quæ eſt materia hujus Sacramenti?

Materia eſt panis triticeus, uſque azymus, non fermentatus, & vinum de vite modicè aquæ mixtum: quia utrãque hanc materiam Chriſtus in ultima cœna adhibuiſſe, & in pane azymo conſecraſſe legitur, non etiam in fermentato, quo hodieq́ue Græci utuntur. Mixtioq́ue illa vini cum aqua repræſentat unionem Chriſti cum Eccleſia, vel quod utrumque è latere Chriſti; aque ſimul cum ſanguine, profluxerit.

c. ult. h. t. c. 1. & aliis diſt. 2. Conc. Trid. ſeſſ. 22. can. 9. d. c. 1. & c. cum omni 7. diſt. 2. Trid. d. ſeſſ. 21. c. 7.

Quæ forma, & quis Miniſter?

Miniſter hujus Sacramenti eſt ſolus Sacerdos ritè ordinatus, qui dum conſecrat & conficit hoc Sacramentum, utitur hâc formâ à Chriſto traditâ. *Hoc eſt Corpus meum.* & *Hic eſt Calix ſanguinis mei.* vel *Hic eſt ſãguis meus.* Quâ prolatâ fit cõverſio totius ſubſtãtiæ panis in ſubſtan-

Matt. 26 Marc. 14. Luc. 22.

ſtantiam corporis Chriſti, & totius
Conc. ſubſtantia vini in ſubſtantiam ſangui-
Trid. ſeſſ. nis: quæ converſio dicitur recepto in
13. c. 4. Eccleſia vocabulo *Tranſubſtantiatio.*

De Baptiſmo & ejus effectu.

TIT. XLI.

Secundum locum inter res Clericorum, Regularium & Laicorum communes obtinet Baptiſmus, omnibus ad ſalutem neceſſarius.

Quid eſt Baptiſmus?

c. 1. & pen. h. t. Baptiſmus eſt Sacramentum regenerationis, per aquam in verbo vitæ. Nimirùm accedente verbo ad aquæ elementum hac forma: *Ego te baptizo in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti.*

Quis eſt miniſter hujus Sacramenti?

Ex officio incumbit illud ſolo Sacerdoti. In caſu verò neceſſitatis quilibet alius baptizare poteſt, etiam hæreticus
can. ſolet & paſſim. & infidelis, modò formam ſervent ab Eccleſia receptam, & facere intendant quod facit Eccleſia. Item mulier abſente marito, Nemo tamen etiam in ne-

ceſſi-